

Nullus balneum adiuit lauandus. tu autem
 Tanquam mortui destruis mei uitam,
 Sed quam citissime iens gratia mei disce.

Phi. Quid autem ab illis et disceret bonum aliquis?

Str. Vere quaecunq; sunt in hominibus sapientia.

Cognosces autem te ipsum, quod rudis es et crassus:
 Sed expecta me paruo hic tempore.

Phi. Hei mihi quid faciam, insaniente patre?

Vtrum insanias ipsum inducens capiam?

An pollinct oribus insaniam ipsius dicam?

Str. Age scio. tu hunc quem putas? dic mihi.

Phi. Gallum. STR. Bene, hanc autem quid?

Phi. Gallinam. STR. Ambos idem? ridiculus es.

Non nunc in postremum, sed hanc quidem uocare
 Gallinam, hunc autem gallum.

Phi. Gallinam? haec didicisti sapientia

Intro adiens nuper à terrigenis?

Str. Et alia multa. sed quocunq; didici semper,
 Oblitus sum statim à multitudine annorum.

Phi. Propter haec iam et pallium amisisti?

Str. Sed non amisisti, sed ad scholam consumpsi.

Phi. Haec calceamenta ubi consumpsisti ô demens tu?

Str. Quemadmodum Periclees in necessitatem amisi.

Sed age uade, eamus, postea patri

Persuasus pecca. et ego aliquando

Scio sexenni tibi balbutienti persuasus,

Quem primum obolum accepi iudicalem

Hoc emi Iouialibus curriculum.

Phi. Certe tu his tempore aliquando dolebis.

Str. Bene quod persuasus es, age huc ô Socrate.